

Sunt nanque multi, qui post præcipientis imperium plurimas faciunt quaestiones, & sæpius ingemunt. Vnde hoc venerit? quis hoc dederit consilium? Propter quod oritur murmuratione, excusatio, simulatio impossibilitatis, & aduocatio amicorum, cõtra quos

Psal. 117. per Prophetam loquitur Dominus, In auditu auris obediuit mihi, vt offenderet vno eodẽm momento obedientem simplicem, & audisse præcidentis imperium, & obsequium perfecisse. Quod etiam in lege

Num. 12. præcepit Dominus dicens, Quod præcipio tibi, hoc rantum facias, nec addas vel minuas quicquam. Propterea non debet simpliciter obtemperantem magi

Rom. 13. sibi imperitia, seu indelicata potestas mouere, sed meminere scriptum, quia non est potestas, nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Ideo quodcunque fecerit obediens, operetur simpliciter, & ex animo sicut Deo, & non hominibus. Tertius est

2. Cor. 9. obedire hilariter. Hilariter enim datorem diligit Deus. Nam in obediendi ratione hæc generalis regula tenetur, vt in difficilioribus agendis obeditio quidem

gratior, quàm prauaricatio grauior iudicetur, & in facilioribus minùsque onerosis, contemptus damnableior, quàm actus laudabilior existimetur. Quapropter serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, alacritas, in opere hilariter obloquentis decorat obedientiam, quia non seruli metu, sed caritatis affectu, non timore pœnæ, sed amore iustitia seruanda est.

Pro. 19. Quartus est obedire velociter. Vidisti (ait Sapientia) hominem velocem in opere suo, coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Vnde cum vocaretur Za-

Luc. 19. chæus, festinans descendit, vt exiperet Dominum, à quo meruit audire, hodie salus domui huic à Domino facta est. Promptus itaque, velociterque obtemperare desiderans mandatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum intus colligit, vt mādatur peragat imperantis. Quintus est obedire viriliter. Si enim manū (ait quis) misisti, ò homo, ad fortia, agendum est instanter, & constanter obediendum, nec inter asperitatem verborum tam regalis est semita re-

linquenda. Tunc enim Deo vera obediẽtia obsequia reddimus, cum nullis occurrẽtibz adueris ab incepto opere deficiamus. Illæque meritò prædicandus est, qui percussus non cedit, irritatus non dolet, grauius non deficit, sed Christi communis exemplo pugna, quam semel in obedientia stadio arripuit, nullo tractus labore derelinquit. Sextus est obedire humiliter. Nam vnum atq; idem inobediẽtia præsupponitq; genus est, vel propter actionis instatiam, seu propter ocij & orationis desiderium senioris præterire mandatum. Tamque dispendiosum est pro somno, quàm pro vigilantia, imperantis statuta contemnere. Tantum denique est præcidentis transire præceptum, vt legas, quantum si despicias, vt dormias. Humilitas nanque sola est, quæ proprium abdicat sensum, & propriae inimicitur voluntati, atq; ab ipsa tanquam à pestifero veneno ceruicem suam excutere contendit. Vnde necesse est, vt qui ad obediẽtia culmen fat-agit ascendere, mentem studeat ab elatione mundare, quia tanto proficiet citius, quanto fuerit humilior. Septimus & vltimus est obedire perseveranter. Sic currite (ait Apostolus) vt comprehendatis. Non enim poterit quis ad consummationem virtutis attingere, nisi voluerit in ipsius exercitatione perseverare. Non

sufficit planè terram fodere, arbusa plantare, atque nascentes fructus inspiciere, si non a quo animo permittantur etiam maturefcere. Sic nimirum omnis labor, quilibetque virtus laudem non meretur, nisi in eadem viriliter perseveretur. Et quemadmodum gradiens contra fluminis impetum (si remigrare deuerit) defluit, ita & certanti in obedientia campo euenit. Quum enim propria voluntati habenas laxauerit, statim ipsam sententia contumacem. Quare edomanda est perseveranti infatigabiliq; vigore, quatenus ex diuturno flagello discat mansuescere, vt duce gratia miles Christi ad obediẽtia perfectionem valeat peruenire. Nam quum per obediẽtia ipsam subegerit, plena tranquillitate ac ingenti pacis fructur, quia pacato interiori hoste, non erit deinceps, qui frangat animum. Si enim voluntas subiicitur rationi, quicquid homo à Deo voluerit, impetrabit, iuxta illud, Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre

meo, & meritò. Nam qui per obediẽtia virtutem adhaeret Deo, vnus spiritus sit cum eo, à quo pro mercede suorum agonum duplicem meretur habere coronam, scilicet, certam spem eius vitæ, quæ nunc est futura, pro qua potens efficitur ad superanda omnia certamina occurrentia. Et quoniam in obediẽtia perfectione laudabilis spei virtus, & cœlestis præmij certitudo donatur, conuenienter in consequentibus de ipsa virtute & sperandis rebus loquẽdum est, quatenus eo mens in agone subiectionis fiat promptior,

quo de mercede certaminis extiterit certior, quod clarè aperit Psal. 118, dicens, Inclinaui cor meum Deo ad faciendas iustificationes tuas in aternũ propter retributiones. Fructuum ligni vitæ sextum tenet locum hæc Deo grata obediẽtia, quam qui vere perfectèq; possederit, ad Deum, & Dominum Iesum tutũ habebit accessum, qui factus est obediẽtis vsq; ad mortem crucis, propter quod Deus illum exaltauit donas ei nomen, in quo curatur omne genu, nedum terrestrium, infernòrumque, sed etiam cœlestium, qui est benedictus in secula.

DE VIRTUTE SPEI,

atque de illius diffinitionibus. Quæ virtus Deo militantibus per necessaria est, & ex sua dignitate in fructibus ligni vitæ septimum consequitur gradum.

CAP. I.



Mitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hæc vox Prophetæ affectuosa desiderium pandit cœlestiũ spirituum. Quum enim administratorij spiritus sint in ministerium misĩ eorum, qui hæreditatem capiunt salutis, videantque genus humanum plurimis infirmitatibus circumdatum, variis etiam miseris obrutum, nec sua virtute exigentibus delictis suis, posse erigi in salutem, piis desiderijs clamât ad Deũ, vt tantis arumnis ponat finem, mittatque de supernis sedibus Spiritum Sanctum, qui luce sua caligantem illuminet intellectum humanum, & igne sancto suo accendat affectum, quatenus dono suo interioris hominis facies irradiata toto desiderio eleuetur in Deum, & renouetur per gratiã, quæ prius deformata fuerat per culpã. Hic nanq; diuinus & almus spiritus monet memoria

ad reco

Matt. 18.

Psal. 118.

Philip. 2.

Psal. 103.

Hebr. 1.